

Tenetur etiam accusator satisficere. Ad de, quod si data fuerit per accusatorem, vel querelantem cautio de expensis in casu succumbentis, & demum non succubuit in causa principali, sed super desertione ipsius, quod fideiussor an tenebitur, Bald. in cons. 106. nu. 17. vol. 2. & Marat. in pract. part. 6. membr. 9. nu. 17. Baiard.

b Non animo calumniandi. Quid si querelatus vellet querelantem de falso, siue magis de calumnia querelare. Aduerte, quod in querela debet concludere sic. Dico, quod Titius sciens accusauit me contra veritatem, & ita probare, quia obtinebit. Et ubi non posset probare scientiam, sed tantum calumniam in se, debet interrogare eum, an velit querelanti; & si responderit uelle, dicitur scienter produxisse illam querelam falsam, ut per Boss. tit. de accusatio. post nu. 24. qui num. 26. declarat predicta procedere, quando querela continet rem alienam; at secus si contineret factum proprium querelantis, puta, quod fuit insultatus, & falsum demonstraretur, satis est fundata intentio querelantis de calumnia ex ipsa querela, ut per Fel. in cap. presentium, post nu. 11. de test. & attestatio. Giach.

Sed testis hoc. Adde, quod de generali consuetudine attestatur Vital. in suo tract. malef. in tit. quot modis super malef. proced. num. 9. dicens, quod licet de iure super libello, seu accusa lis contestari, & de calumnia iurari debeat, quod tamen non seruatur. Baiard.

Abijt numerus dierum, & quantitas dilationum non seruatur ex generali consuetudine, teste Specul. in tit. de citat. §. viso de temporum interstitiis, post numerum primu, quem refert Marian. in loco preallegato post numerum 59. Sed index in citatione habita consideratione personarum, & locorum, ponit terminum arbitrio suo. Apud nos communiter in citationibus, siue inquisitionibus, quae reis transmittuntur, solet dici, quod statim habito precepto compareant; sed deinde, si petatur dilatio, solet concedi. Puto in his (ut sepius



Vero, quomodo procedatur in iudicio accusationis? Respondeo, de iure communi accusator debet se coram iudice presentare, & ei dicere, Domine ego volo accusare Titium de tali crimine, unde postulo, ut eum citetis. ita colligitur ex text. in l. nullus, C. de exhib. reis. Sed haec de consuetudine non seruatur, ut dicit Specul. in tit. de accusatione, §. 1. num. 3.

Debet autem index ei dicere: Ex quo vis illum accusare, oblige te, quod accusabis, & quod inscribes, & quod accusationem prosequeris, & alia facias, quae sunt in accusatione necessaria, & sic tacebo eum. Sed hoc etiam vsus non tenent, ut dicit Spec. in d. §. 1. num. 5. nam (ut ipse ait) iudices parati ad praedam, ad nutum citant, nec clamorem expectant; tanto magis cum de consuetudine pariter sublata sint huiusmodi inscriptiones, ut dixi supra questione duodecima, vers. Ceterum hodie.

Hoc facto, reus citatur per edicta, ut dicitur in leg. absentem, C. de accusat. scilicet per tria edicta, cum interuallo triginta dierum pro quolibet, secundum communem opinionem. ut dicit Salyc. in ea l. absentem, numer. 5. Marian. de citat. in 27. articulo principalis, in 8. quaest. numero 58. & sequens, quem refert Boss. in tit. de sent. num. 10. Sed neque haec edicta hodie sunt in vsu, ut attestatur idem Salic. in d. l. absentem numero 7. sed sunt citationes per nuncios, ut dixi infra quaest. 31. Iste etiam numerus dierum, & quantitas dilationum non seruatur ex generali consuetudine, teste Specul. in tit. de citat. §. viso de temporum interstitiis, post numerum primu, quem refert Marian. in loco preallegato post numerum 59. Sed index in citatione habita consideratione personarum, & locorum, ponit terminum arbitrio suo. Apud nos communiter in citationibus, siue inquisitionibus, quae reis transmittuntur, solet dici, quod statim habito precepto compareant; sed deinde, si petatur dilatio, solet concedi. Puto in his (ut sepius

dixi) seruanda esse statuta, & consuetudines, loci in quo fit processus.

Reo citato non comparente, annotantur eius bona, ut dixi infra quaest. 44. in princ. §. verò velit comparare, dandus est ei terminus 30. dierum ad componendum maestos penates, ut habetur in d. l. nullus. C. de exhib. reis, Sed neque hoc de consuetudine seruatur, ut quotidie videmus, sed allegatur aliqua alia iusta causa, propter quam reus impeditus sit comparere: illud autem, quod dictum est de dicto numero dierum, de facto non seruari, attestatur Spec. in d. §. 1. nu. 15. in fin.

Postea accusator offert libellum accusationis, de cuius forma, & solemnitatibus requisitis dictum est supra, in d. q. 12. Sed certe hodie non datur libellus accusationis secundum consuetudinem totius Italiae, ut dicit Calep. inter consilia criminalia dixeruntur consil. 52. nu. 9. libr. 1. Sed datur simplex accusatio, siue querela, ut dixi supra q. 10. vers. Scias autem.

Eodem etiam contextu tenetur accusator prestare fideiussionem de accusatione vsque ad finem prosecutionis, ut habetur in leg. 3. Cod. qui accus. non poss. Sed neque hoc de consuetudine obseruatur, ut dicit Vital. de malef. in rubr. quid sit accusatio, numero 15. Marcus decif. 683. Queritur generaliter numero quarto. Et ideo cum quidam praetor consuetudinis ignarus, admitteret in causis criminalibus huiusmodi exceptiones de iurando, & satisfaciendo de prosecutione querela, Senatus illum seuerè monuit ne illas admitteret, 2. Septembr. 1559. P. N.

Tenetur etiam accusator satisficere de solvendis expensis in casu succumbentis. Sed haec etiam satisficatio recessit ab aula, ut dicit Boss. in titulo de accusat. numero quarto. Reperio tamen, quod Carasita super ritu magna Curia 199. numero quarto, dicit, quod parte accusata petente tenetur accusator prestare hanc cautionem, & subdit, quod ita seruatur. Sed in hoc, ut in ceteris Iudex debet seruare consuetudinem Prouinciae, in qua ius dicit. Et ita faciendum non errabit.

Dicit etiam Bartol. in l. 1. numero 6. C. de iuram. calumn. quod hodie secundum communem vsus Italiae accusator tenetur iurare tempore, quo offert libellum, quod accusatio est vera, & quod non animo calumniandi hoc facit. Et illum refert August. ad Angel. de malef. in verbo, Et ad querelam, post numerum 4. & Mantua. in leg. transigere, post numerum 23. C. de transact. & Suar. in libro repetitionum, fol. 845. numero decimo sexto, ubi etiam dicit, quod stylus Hispaniae in hoc concordat cum stylo Italiae. Et ita de generali consuetudine seruari attestatur Alber. in lege libellorum, in princip. numero 11. ff. de accusatione. Hanc etiam dicit esse communem practicam, & consuetudinem, Curt. Sen. de iur. calumn. in princip. numero 2. Et quod in causis criminalibus iurandum sit de calumnia, attestatur esse comm. opin. Apostill. ad Ang. de malef. in verbo, haec est quaedam inquisitio; post numerum 68. vers. 6. quero. Sed certe hoc apud nos hodie non seruatur in practica, prout etiam nunquam se vidisse illud obseruari, nisi petente aduersario, attestatur Foller. in pract. crim. canon. fol. 50. num. 51.

Quando deinde accusatus comparet, & est pro eo crimine in carceribus ponendus, tenetur etiam ipse accusator carceres ingredi eodem tempore, ut si deinde non probet accusationem, possit puniri pena talionis, ut est textus in dicta lege nullus C. de exhib. reis. Sed neque hoc de consuetudine seruatur, ut dicit Bartolus in l. fin. C. de accus. Vitali. de malef. in loco prealleg. num. 14. Idem attestatur

Alij in desuetudinem.] Hinc elice multa ab Authore recitata, ut doceat, quid iuris, non quid consuetudinis; & aduerte in proposito, quia in toto hoc opere inuenies Clarum attestantem sic, vel sic de consuetudine seruari, quicquid aliàs de iure verum sit, & tamen de iure attestanti de consuetudine, non videtur credendum vulgatis iuribus? Dic debere credi huic Doctori de consuetudine attestanti, diu versato in Curia, & Senatu Mediolanensi, cui ibidem fuerit Praefes, ut dixi infra questione 78. versiculo sed quer. in fin. & habet de hoc, quod fuerit Praefes in Senatu Mediolani, conte-

Felin. in cap. super his, numer. 6. de accus. quem refert Practic. Conradi, fol. 224. post num. 4. Boer. super consuetud. Bituricen. folio 23. colum. 1. Bos. in tit. de tortura excusatoris, numer. 1. Marcus decif. 709. numer. 4. Et dicit Guido. de Suzar. in l. fin. C. de accusat. quod saepe vidit peti, quod accusator in carcerem detruderetur: tamen hoc nunquam de consuetudine seruatum fuit: quem refert, & attestatur Alb. in ea. leg. fin. §. ad crimen, numer. 4. de public. iudic. Item etiam obseruari Francia attestatur Practic. Millei, fol. 15. numero

25. Et reuera, cum hodie sublata sit illa pena talionis, ut dixi infra quaestio. 81. superfluum omnino esset accusatorem ipsum, ea excusa, in carceribus detinere.

Et haec est forma, secundum quam proceditur de iure communi in iudicio accusationis, quae tamen (ut uides) tota ferè abijt in desuetudinem. Volui tamen illam non praetermittere, ut scias, quid seruandum sit de iure communi, & quid de consuetudine. Cetera verò ad examen rei, & alios actus iudicij pertinentia, praesertim quomodo cum reo contumace procedatur, infra suis locis explicabimus.

stem celebrem Menoch. in epistola dedicatoria Illustri q. Polictonio Mediodorbe Senatori, super tractat. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. ad medium dictae Epistolae, inf. q. 82. stat. 7. in princ. Item fuit Senator reges in Hispania, ut attestatur idem ipse Clat. in Epistola Lectori dicata, incipiente, Estimati aliquando, in quo etiam regimine, ni fallor mortuus est; sic quando doctori de consuetudine dicenti, credendum sit, declarat Durantes tract. de arte test. tit. 5. de substitut. caut. 35. nu. 3. usque ad finem, Menoch. dict. tractatu de arbit. iudic. libro secundo, centuria quarta, cas. 360. numero 94. Drog.

QVÆSTIO XIX.

Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, vel exceptionis.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Quomodo procedatur in delictis per viam actionis.
- 2 Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis civiliter.

- 3 Et quomodo criminaliter.
- 4 Quomodo procedatur in delictis per viam confessionis. Ex Additionibus.
- 1 Quando non oritur actio partis, non oritur fisco ad publicam vindictam.
- 2 Actio parti quando non oriatur, remissive. Sententia lata in civili quando praedictet in criminali, numero eod.
- 3 Quomodo procedatur in crimine per exceptionem, remissive Confessio delicti violenter facta, an & quando sufficiat ad penam ordinariam, numero eod.
- 4 Confessio nullis iudicij procedentibus extorta semper renouatur.

ADDITIONES. Ad Quæst. XIX.

QVÆST. XIX.

Priusquam tamen ad vltiora. Adde, quod quando actio non oritur fisco ad publicam vindictam, & tunc iudex non potest inquirere, non solum, §. quaquã, ff. de iniur. que text. ad hoc allegat Bart. in cons. 100. nu. 2. & Matf. in pract. crim. §. constante, nu. 34. & ibi ponit multa exempla, quando non oriatur actio partis, sed uide, quae posui supra ad q. 1. in uersic. ibi ex secunda. Baiar.

Quando autem pars.) Adde, quod quando actus fuisse de crimine civiliter per viam actionis ad vindictam publicam, & quando agitur actione populari de sepulchro uiolato, uel alia simili, nam tunc sententia lata in iudicio civiliter praedictat in criminali, siue fuerit co-

Priusquam tamen ad vltiora progrediamur, paucis dicendum est, quomodo in delictis procedatur per viam actionis, vel exceptionis. Tu scias, quod regulariter ex quocunque delicto ultra accusationem criminalem, quae oritur reip. ad publicam vindictam, oritur etiam parti actio civilis ad interesse, ut dixi supra q. 2. circa princ. Quando autem pars intentat pro crimine actionem civilem, ratione proprii interesse, neque veniat imponenda aliqua pena corporalis, aut pecuniaria fisco applicanda, hoc non pertinet ad praesentem materiam, quia illud dicitur iudicium mere civile, ut dixi supra, q. 1. & inf. lib. proximo. Neque de eo aliquid hoc loco attingam, ubi de cri-

iminalibus causis tantummodo tractatur, ne materias ipsas contra operis ipsius institutum confundamus. Illud enim iudicium in omnibus, & per omnia regulatur secundum formam iudicij civilis. Et quamuis actio ipsa oriatur ex crimine, nihil habet commune cum criminalibus.

Vnum tamen scias, quod hic est vnus ex modis, per quos aperitur via iudicij ad inquirendum: nam si iudex, coram quo agitur huiusmodi causa civilis, habeat iurisdictionem etiam in causis criminalibus, poterit, constituto ei de crimine ex probationibus factis in ipsa causa civili, procedere contra delinquentem ad eum puniendum, & contra eum ex officio inquirere, etiam nulla partis querela criminali precedente. Et hoc ubi pro eo delicto posset alias per inquisitionem procedi. Et ita de facto seruatur, ut dicit Iac. de Belu. in pract. cri. fol. 28. in rub. de caus. cri. n. 1. et 2. An autem probationes factae in hoc iudicio civiliter faciãt fidem in criminali, dixi inf. q. 54. vers. ite si producatur.

dennotoria, siue absolutoria, ita limitat Bero. in cap. qualiter, & quando, num. 88. de accus. Baiar. c. Vnum tamen scias, ibi. Per exceptionem autem.) Adde, quod uidentur Boss. in ti. quomodo procedatur per exceptionem, ubi latissime hanc materiam tractauit: uide etiam Luc. de Pen in l. 1. nu. 13. C. de nom. actuar. lib. 17. ubi ponit limitationes, de quo habetur etiam per Ruin. in consilio 82. uol. 4. & per Vrsil. ad decif. Afflic. 176. Baiard.

Sed

d sed tantum sententia civilis.] Oportet ergo fabricare nouum processum ipeccabilem contra talem testem inquirendo; postquam civilis processus aperuit tantum via iudici ad inquirendū, super q. 5. vers. Poterit igitur; & de fabricando nouo processu infra q. 32. vers. dixi etiam; & dixi etiam; & hic nota, quod tunc semper dicitur causa civilis, quando excipitur tantū, sed non fit in iudicio, vt cōdemnetur, vt puta de falso; in autē diceretur, & instaretur ad officij priuationem tantum, hoc idē esset, uide ad hoc Marat. par. 4. in princ. n. 22. cum teqq. sed an excipiendo, si quis excipiat crimen, puta falsū, & non probet, puniri potest, (altem actione iniuriarū, q. sic, ul. lo. de Anan. inter consil. criminari. col. 40. per totum, maxime num. 10. vol. 1. Quid tamen seruatur in pract. vide in q. 53. vers. caueant tamen. Brogh. e Quastione 12. vers. Aque quod.) Adde hoc idem et in d. q. 12. vers. Dixi etiam. Brogh.

f Vltimo non est omittendum.] Adde, quod hoc procedit, quando confitenti delictum incidenter non fuit datus terminus ad defendendum contra eius confessionem, secus uerō quando defensiones habuisset, uel eas fecisset, quia tunc absque nouo processu poterit pena ordinaria puniri, & ita delictum fuit per sacrum Consilium, vt attestatur D. Vinc. Franch. in decis. 240. nu. 13. vol. 2. ubi dicit, q. Afflic. ita loquitur in decis. 176. hic allegata, & dicit etiam, quod quando tela iudicij est ordinata contra eum, cōtra quem, constat etiam incidenter de aliquo delicto, quod sit annexum principali delicto, debet puniri pena ordinaria, sine nouo processu, & ad hoc allegatur Felyn. in c. 1. n. 1. & 4. de except. & Luc. de Pen. in l. 1. num. 13. C. de numer. actuar. lib. 12. & quod de confessione incidenter facta in iudicio civilis, Bero. in c. qualiter, & quando, nu. 9. de accusat. Item adde, quod licet

Per exceptionem autē ducitur crimen in iudicium duobus modis, scilicet civiliter, & criminaliter. Civiliter, puta quādo excipio de crimine contra testē, uel contra instrumentū, et peto, nullā fidem ei adhiberi. Dicitur autē hoc casu procedi per viam exceptionis civiliter, quia si per huiusmodi processum potest sequi sententia criminalis, etiam quod constat de delicto, sed tantū sententia civilis, vt testis repellatur a testimonio tanquā criminofus uel instrumentum non tantumquam suspectum de falso, & idem in omnibus, & per omnia hoc iudicij reputatur civile, & ad instar iudiciorū civilium in eo proceditur, vt dixi infra l. 7. §. exceptio. Nec potest iudex talem testem, et si sit de crimine conuictus, punire pena ordinaria, neq; extraordinaria, secundum magis communiter Doctor. vt dicit Boss. in tit. quomodo procedatur per exceptiones, n. 2. Bene uerum est, quod si ex probationibus factis super hac exceptione appareat de delicto, poterit iudex criminaliter procedere, & inquirere contra delinquentem prout etiam dixi supra vers. vnum tamen, quando delictum per viam actionis civilis fuit deductum in iudicium. Et ex hac noua inquisitione, & nouo processu poterit reus criminaliter puniri. Et ita obseruare, vt dicit Bart. in l. 2. §. si publico, n. 20. de adult. Vide, quae dixi infra. vers. Vltimo non est. An autē probationes factae in hoc iudicio civilis exceptionis faciant fidē in iudicio criminali, recurrē dum pariter est ad ea, quae dixi infra in d. q. 54.

Criminaliter autem agitur via exceptionis, quando quis excipiendo, puta cōtra testes, petit illis tanquam falsis nullam fidē adhiberi, praeerea, quae eos de falso puniri. Et hoc quidem casu ita excipiens dicitur assumere partes accusatoris. Et perinde proceditur contra ipsos testes, ac si fuissent accusati, seu querelati de falso; & potest contra eos ser

vi sententia condemnatoria criminalis: & iudicium ipse quamuis a principio fuerit civile, efficitur criminale, & in eo proceditur in criminibus. & per omnia ad instar criminalium iudiciorum.

Hinc inferitur, quod sicut in iudicijs criminalibus, in quibus usq; ab initio proceditur per accusationem, uel inquisitionem, requiritur, quod in ipsa accusatione, uel inquisitione exprimat dies, & annus, & locus commissi delicti, pariter etiam eadem sunt exprimenda, quando propositus crimen per viam huiusmodi criminalis exceptionis, vt dixi supra q. 12. vers. adde q.

Item sicut in iudicijs criminalibus non potest regulariter procurator interuenire, quando ceptum est agi via accusationis, uel inquisitionis, ita nec etiam quādo agitur hac via exceptionis criminaliter intentata, vt dixi infra q. 32. vers. tu scis, quod in causis.

Et breuiter dic, quod ea omnia quae, seruantur in iudicio accusationis, seruanda sūt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia (vt dixi) talis exceptio, quae tendit ad puniendum, aequiparatur accusationi.

Vltimo non est omittendū, quod alio etiam modo ducitur crimē in iudicio absque accusatione, uel exceptione, quando scilicet pars, seu testis incidenter cōfiteatur se aliquo delictum perpetrasse, prout de facto quandoque uidi contingere. Et hoc quidem casu scias, quod talis confessio incidenter facta non nocet confitenti, quō ad hoc, vt posset ex ea puniri: operatur tamen, vt ea aperiantur via iudici ad inquirendū super ipso crimine confesso, absq; ulla partis querela. Et ea casu debet iudex incohabere nouum processum super illa confessione, & dare suas defensiones reo, & alia facere, quae in processibus criminalibus requiruntur, ita dixit Bar. in l. si confessus, circa si ff. de cust. reorū, & in d. l. 2. si publico n. 20. ff. de adult. Vbi et dicit, q. ita obseruatur, prout illi refert Boss. in tit. quomodo procedatur per except. n. 4. ego et supra retuli, vers. per exceptionē. Et ita in facti cōiungētia fuit indicatū per cons. Neap. teste Afflic. decis. 176. quaedā mulier: quae refert Foll. in pract. cri. fol. 2. 76. n. 31.

confessio incidenter facta non sufficiat ad penā ordinariam, nisi incipiat nouus processus, fallit tamen si confessio facta tangeret habitatem, uel inhabilitatem personae: nam tunc dicta confessio quatenus inficit personā sequitur eam quocūque se uertit, sicut infamia, & lepra leprosum: ita tradit Afflic. in consil. Regni Blasphemantibus, nu. 3; Baiard.

g Confessio incidenter facta.] Hoc intellige ante informationes supras modo, quo sup. q. 6. vers. succelluē quero; post informationes uerō, si reus incidenter cōfiteatur, uti que cōdemnatur: sed quae sit ratio; cur confessio sic incidenter prolata, non sufficiat, nisi ad inquirendū, ut hic; confessio autē nulla extorta iudicijs nō precedentibus, si sponte facta sit, ad condemnandum sufficiat, ut infra q. 55. quomodo autem, ad si. uers. Itē posset, & uers. confessio cū seq. cogita; quia non satis percipio rationem differentiae; nā ante informationes sumptas, & iudicijs non precedentibus, idem importare uidentur; nisi dicas, q. stent insimul informationes sumere, & indicia non habere. Quod nihil minus est absonum, melius est enim non scribere tunc, quā membranas occupare: Nota tamen, quod confessio t extorta nullis precedentibus iudicijs semper reuocari potest, tanquam metu facta quod est huic dicto contrarium: quia tunc non presumitur sponte facta; Boss. tit. de carcer. nu. 22. ergo nunquam dicitur sponte facta. Drog.

h Num. 3 r.) In uerb. & et si confitebuntur in ea parte, in qua tractat de confess. iudic. Ros.

QVAEST. XX.

Quæ sint genera iudiciorum.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Iudiciorum gradus quis sint.
 - 2 Et quæ inducia sufficiant ad inquirendum.
 - 3 Et quæ ad inquisitionem formandam.
 - 4 Et quæ ad torturam.
 - 5 Et quæ ad condemnationem.
 - 6 Et an ex iudicijs, uel præsumptionibus quis possit in penam corporalem condemnari.
 - 7 Et quid in crimine assasinij, hæresis, & simonia.
 - 8 Et quid si præsumptio sit posita à lege.
- Ex Additionibus.
- 1 Iudicium, argumentum, præsumptio, suspicio, coniectura, & fictio quid sint, remissiuē.
 - 2 Iudicium unde dicatur, quotuplex sit, & quomodo probetur mal. si. io. proximum, uel remotum, remissiuē, & num. 4.
 - 3 Indicia magna qualiter distinguantur à leuibus, remissiuē.
 - 4 Credulitatis quattuor gradus ad sciendum ea, quæ sunt facti transeuntis, num. eod.

A D D I T I O N E S.

Ad Quæst. XX.

*C*onsisto de delicto.] Iudicium quid sit, & quotuplex, & plura alia Far. vol. 4. tit. q. 36. num. 7.

De præsumptione numer. 67.

- Suspicionem, nu. 91.
- Coniecturam, nu. 152.
- Argumentis, nu. 192.
- Signo, num. 208.
- Adminiculo, nu. 213.
- Opinione, num. 193.
- Dubitatione, nu. 197.
- Fictione, nu. 135.
- Probatione, num. 4.



Et in quibus cōueniant, uel differant. Ros.

b Non potest dari certa doctrina.] Vide tamē de triginta octo iudicijs, per Carrer. in sua pract. crim. & de iudicijs plenē vi. per Iac. Nouel. in pract. & theor. cri. in 1. & 2. Rub. & per Blan. de indi. & per Boss. de indi. & constante tort. Giach.

Non potest dari certa doctrina.] Farin. q. 37. nu. 192. vol. 2. Ros.

c Arbitrio boni uiri.] Adde quis sit bonus uir, Negus. tractat. de pign. 4. par. in princip. num. 2. Drog.

d Nihilominus ut materia.] Adde, quid sit iudicium argumentum, præsumptio, suspicio, coniectura, fictio: unde dicitur iudicium quotuplex sit, & quomodo probetur iudicium proximum maleficio, & quomodo remotum, Carrer. in pract. crim. fol. 74. & 75. num. 106. & quomodo distinguuntur magna indicia à leuibus, uide Bald. in l. non hoc, in fin. C. unde cogn. & quando dicatur iudicium proximum, & quādo remotum, t. Ioseph. Ludou. in suis concl. cōm. concl. 45. & Ofasc. decis. 79. nu. 15. sed de prædicto ad futuritatem habetur per excellentiss. D. Petrum An. in suo celeberrimo tractatu de fidei commissis q. 9. nu. 123. cum seq. uide etiam Mascard. de prob. concl. 15. & Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 7. Et Bart. in l. ad Iulij Clari Septent. Pract. Crimin.

- Index habet varios gradus inuestigabiles, ac tres motus animi, num. eod.*
- Suspicio, & præsumptio quid sit, num. eod.*
- 5 Indicium nunquam aiuntur per probationes.*
- 6 Præsumptio super quo ueretur.*
- 7 Crimen quomodo probari uideat.*
- 8 Indicia legitima ad formandam inquisitionem remittuntur arbitrio iudicis.*
- 6 Indicia ad torturam sufficientia quæ sint.*
- 7 Mortem alterius asseuerans ante uerisimilem notitiam præsumitur conscius.*
- 8 Litterarum acceptio cū taciturnitate super suspitione criminis contra accipientem an faciat iudicium ad torturam.*
- 9 Indicia indubitata quæ sint.*
- 10 Condemnatio an sequi possit ex iudicijs, uel præsumptionibus, & quæ.*
- 11 Et quid si hinc inde ad sint præsumptiones, remissiuē.*
- 12 Et qualiter præsumptio, uel coniectura à duobus contestibus est probanda.*
- 13 Et an tortus, & nihil confessus possit condemnari.*
- 14 Indicia sufficientia ad condemnationem, quæ sint remissiuē.*
- 15 Index habens à statuto liberum arbitrium inquirendi, et puniendi maleficia quid agere possit, remissiuē.*
- 16 Sententia lata ex iuris præsumptione non transit in rem iudicatam.*

monēdi, colum. tertia, uers. hoc præmissio, ff. de iure iuran. dat unam singularem doctrinam ad sciendum ea, quæ sunt facti transeuntis, uidelicet per credulitatem per quattuor gradus. Primo cum iudicium proponitur per actorem, & per reum, negatur, tunc inducitur animus iudicis ad dubitandum, quia nescit, ubi applicet animum suum, an ad unam partem, uel ad aliā: post dubitationem, potest iudex inclinare animū suū ad aliquam partem, ex leui iudicio, uel leui argumentatione, & ista dicitur suspicio, quæ mouet animum iudicis, non tamen in totum remouet dubietatem, & hic est primus gradus probationis, siue credulitatis, quia iā incipit animus iudicis ad hærere uni parti, licet remaneat dubitatio: post autē istam suspensionem, si iudicij apparent argumenta fortiora, tunc iudex incipit opinari, tamen adhuc dubitat, nē sit contrarium modicum tamen dubiū remanet, & ista uocatur opinio: post istam opinionem si iudicij apparet tantum quod firmiter ad hærere una parti, tūc dicitur perfectæ credulitas, ut ibi latius per eum, & Bald. in rubr. de contr. inue. dicit, quod certi sunt gradus inuestigabiles, uidelicet gradus informationis, gradus hominis præsumptionis legis, gradus præsumptionis legis, gradus uehementis adminiculationis, gradus semiplenæ probationis, & gradus indubitatae scientiæ, & probationis, & subdit ibi c. tra. fin. quod tres sunt animi iudicis motus, uidelicet impulsiuus, siue suspicans; præsumptiuus, siue inclinatio uehementis, seu impressiuus; & c. ar. siue plenarie informatus: primus uidelicet ad inquirendum, & c. ut ibi per eum, qui etiam dicit in l. ea quidem, col. 1. de accusat. quod suspicio est aliqua applicatio animi ad aliquid cum uehementi dubitatione, & præsumptio hominis est quidam cōceptus cauatus in mente ab aliqua probabili coniectura. Baiard.